



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Resolutorium dubioru[m] circa celebratione[m]
missa[rum] occurrentiu[m]**

Heynlin, Johannes

Colonie, 1501

VD16 H 3452

v De certitudine sufficientis diligentie

urn:nbn:de:hbz:466:1-34702

Capitulum

Divina expectet.

iii Sol. Quanta requiritur diligentia in examinatione predicta ut sufficiens reputetur et debita.

Sol. Tanta requiritur quantum quis faceret in magno et arduo negotio pro magna et ardua relucanda aut gravi incommodo vitando et iuxta possibilitatem humane fragilitatis. Unde si quis huiusmodi diligentiam conscientie sue examinatione non fecerit. Indigne ad huius sacramenti celebrationem atque sumptum accedit. quod impare paratus. et ita dominici corporis et sanguinis reus iudicabitur. Quomodo possit quis esse aut fieri certus et debitam et sufficientem diligentiam in praeterea discussione fecerit.

Sol. Ex quo hic non requiritur evidens certitudo. cum illa absque divina revelatione haberi non possit. sed exigat solam certitudinem moralis sive civilis sicut in alijs agibilibus humanis potest quis ex probabilibus coniecturis post examinationem de debita diligentia factam satis scire et certus esse an debitam diligentiam fecerit vel non fecerit in discussione praecedenti. et hoc sufficit quemadmodum etiam dictum est supra ca. ii. arti. iiij. de certitudine essendi absque peccato mortali.

vi Sol. In quo consistat debita et sufficiens conscientie purgatio. Talis persistit post debitam examinationem factam in peccatorum praesertim mortalium et aliorum impedimento si que per discussionem inuenta fuerint. totali et omnimoda remotio vel expulsionem. Ad quam expulsionem tria precipue requiruntur. Primum est vera et perfecta contritio et peccatorum detestatio. per quam quis deo (quem offendit) reconciliatur. Secundum est pura et integra confessio. Tertium est recta et debita absolutio. Non enim sufficit quod accedens ad celebrandum sit per contritionem reconciliatus deo. sed etiam requiritur quod sit reconciliatus ecclesiae. ut digne suscipiat sacramentum unitatis ecclesiae quod fit per absolutioem. quam praerit confessionem. Et ideo si quis in peccato mortali exis quantumcumque contritus ad celebrandum accedat non confessus et absolutus mortaliter peccat nisi in casu sequenti.

Dubium

vii Sol. Quid agendum sit si quis non possit habere copiam confessoris. Differat quousque confessorum habuerit. et hoc si sine scandalo fieri possit. Si autem scandalum imineat celebret cum contritione et proposito confitendi tempore congruo. Si tamen ex negligentia sua confessor desit specialiter doleat.

viii Sol. Quibus ornamentis conscientia celebraturi debeat esse adornata. Necessesse est quod celebraturus sit ornatus recta fide. debita intentione. et sufficienti conatu ad digne celebrandum. Decens est etiam ut sit ornatus humilitate. castitate. iusticia et ceteris virtutibus quae per vestes sacerdotales significantur.

ix Sol. Utrum celebraturus teneatur dicere horas canonicas ante celebrationem. Ad minus teneatur dicere matutinas ante celebrationem. alioquin mortaliter peccat. Ad alias autem horas non teneatur nisi aliquam specialem constitutionem eum ad hoc obliget. Congruum tamen est ut dicant praetermissam ante celebrationem. et in ceteris observet consuetudo dyocesis.